1398. = ie = 10. aprilis. Ex Tom. II. Bull: Ordinis Prædicator.

747.

205

BONIFATIUS IX.

Pragensi ac Gnesnensi Archiepiscopis, et Episcopo Vratislaviensi, ut Constitutionem Johannis XXII. quæ incipit: Vas Electionis. servandam curent.

Bonifatius Episcopus Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Pragensi et Gnesnensi Archiepiscopis, ac Episcopo Wratislaviensi, salutem et Apostolicam benedictionem.

Super egenum intendentes, et Pauperem, et dantes operam Saluti animarum, quandam inter Prælatos, et Rectores Parochialium Ecclesiarum, et Clerum Secularem ex una parte, et Fratres minorum et Prædicatorum Ordinum ex altera Provinciæ Bohemiæ et Poloniæ contentionem exortam audivimus super confessionibus audiendis, et absolutionibus peccatorum eis volentium confiteri, super qua specialem constitutionem, et litis decisionem in perpetuum valituram felicis recordationis Johannes Papa XXII Prædecessor

Noster

Noster, de Fratrum suorum consi-
lio, et assensu specialiter edidit,
quæ est talis: Johannes Episcopus
Servus Servorum Dei, Venerabi-
libus Fratribus Patriarchis, Ar-
chiepiscopis, Episcopis, ac dilectis
filijs electis, ad quos præsentes
literas pervenerint, salutem et
Apostolicam benedictionem. Vasce-
ctionis Doctor, eximius, et egre-
gius prædicator, cujus prædicatio
mundum docuit universum præ-
sumptuosam illorum audaciam re-
frenat solicitus, qui prudentiæ
propriæ innitentes in errores va-
rios prolabuntur, non plus sape-
re, quam oportet, sed ad sobrieta-
tem sapere, salubri doctrina sug-
gessit; ut, juxta sapientis elo-
quium, quisquè suæ prudentiæ
modum ponat. Sane dudum, cum
dilectum filium magistrum Johan-
nem de Poliaco Sacræ Theologiæ
Doctorem, certis ex causis de Fra-
trum Nostrorum consilio, ad nostram
præsentiam vocassemus, fide digna
relatio ad nostrum perduxit audi-
tum, quod ipse in quibusdam arti-
culis tangentibus penitentiæ Sa-
cramentum non sobriè, sed perpe-
ram sapiebat; infrascriptos arti-

culos

culos, periculosos continentes erro:
res, docens publicè in suis prædica:
tionibus, et in scholis. Primo si
quidem astruens, quod confessi fra:
tribus, habentibus licentiam ge:
neralem audiendi confessiones, te:
neantur eadem peccata, quæ confes:
si fuerant, iterum confiteri pro:
prio Sacerdoti; Secundo, quod stan:
te statuto: Omnis utriusquè se:
xus: edito in Concilio Generali Ro:
manus Pontifex non potest face:
re, quod Parochiani non teneantur
confiteri omnia sua peccata semel
in anno proprio Sacerdoti, quem
dicit esse Parochialem curatum;
immo nec Deus posset hoc facere,
quia, ut dicebat, implicat con:
tradictionem. Tertio, quod Papa
non potest dare generalem pote:
statem audiendi confessiones, imo
nec Deus, quin confessus habenti
generalem licentiam teneatur, ea:
dem iterum confiteri suo proprio
Sacerdoti, quem dicit esse, ut præ:
mittitur Parochialem Curatum.
Nos igitur scire volentes, si sugge:
sta nobis veritatem haberent,
Articulorum prænissorum copiam
eidem Magistro Johanni fecimus

assignari

assignari, et ad defensionem sui au:
dientiam plenam sibi præbuimus,
tam in nostra, et dictorum fra:
trum Nostrorum præsentia in Consi:
storio, quam alias coram aliquibus
ex ipsis Fratribus per nos ad hu:
jusmodi officium deputatis. Verum
licet præfatus magister dictos ar:
ticulos, et contenta in ipsis defen:
dere niteretur, asserebat tamen,
se paratum credere, et tenere in præ:
missis, et alijs, ea, quæ credenda, et
tenenda esse, Sedes Apostolica dif:
finiret. Nos igitur attendentes,
quod dictorum Articulorum asser:
tio, prædicatio, et doctrina, redun:
dare poterant in multarum per:
niciem animarum, ipsos per plu:
res magistros in Theologia exami:
nari fecimus diligenter. Nos ipsi
etiam cum dictis fratribus nostris
collationem solertem habuimus
super ipsis, per quas quidem colla:
tionem, et examinationem super
hoc præhabitas comperimus premis:
sos articulos, doctrinam non sanam,
sed periculosam multum, ac veri:
tati contrariam, continere: quos
etiam articulos omnes, et singu:
los idem magister Johannes veris
sibi rationibus opinioni sue dudum

habitæ

habita contrarijs demonstratis
in Consistorio revocavit, asserens,
se credere eos non veras, sed ipso:
rum contrarium verum esse, cum
diceret, se nescire rationibus sibi
factis in contrarium respondere,
ideoque ne per assertionem, prædica:
tionem et doctrinam hujusmodi
in errorem, quod absit, animæ
simplicium prolabantur, omnes
prædictos articulos, et quemlibet
eorundem, tanquam falsos, et
erroneos, et à doctrina sana de:
vios, auctoritate Apostolica da:
mnamus, et reprobamus de fra:
trum Consilio prædictorum, doctri:
nam ipsis contrariam veram es:
se, et Catholicam asserentes; cum
ille qui prædictis fratribus confi:
tetur, non magis teneatur eadem
peccata iterum confiteri, quam si
alias confessus fuisset suo proprio
Sacerdoti juxta Concilium Genera:
le. Optantes autem veritatis vi:
as notas esse fidelibus, et cunctis
erroribus præcludere aditum, ne
subintrent, felicis recordationis
Alexandri IV. et Clementis IV.
Prædecessorum Nostrorum, Roma:
norum Pontificum, vestigia imi:
tando

imitando universis, et singulis
districtius inhibemus, ne quisquam
dictos articulos, per nos, ut pre:
mittitur, damnatos, et etiam re:
probatos, vel contenta in eis, vel
aliquo ipsorum, ut pote a catholi:
cis mentibus respuenda, tenere
audeat, seu defensare quomodolibet
vel docere. Quo circa universita:
ti vestræ per Apostolica scripta
districtè præcipiendo, mandamus,
quatenus Universi; et singuli Ve:
strum in civitatibus, et Diœcesibus
Vestris, convocato Clero, præmis:
sa omnia, et singula per vos,
seu alios solemniter publicetis.
Nos etiam eidem magistro Johan:
ni mandavimus, quod ipse in scho:
lis, et in sermone Parisijs prædi:
ctos Articulos, et contenta in
eis, tanquam veritati contra:
ria, propriæ vocis oraculo, et af:
severatione constanti, debeat
publicè revocare; quod se facturum
dictus Johannes efficaciter repro:
misit. Datum Avinione IIX. Ka:
lendas Augusti. A°1321. A° Pontifi:
catus Nostri Anno Quinto.= Sed
quia parum esset jura condere,
nisi, qui ea tueatur, existeret.

Nos

Nos volentes constitutionem, et
litis dicisionem prædictas semper
irrefragabiliter de cætero observa:
ri, Fraternitati vestræ per apostó:
lica scripta districte mandamus,
quatenus vos, vel duo, aut unus
Vestrum, per vos, alium, seu alios,
fratribus dictorum Ordinum Pro:
vincia prædicta, et confessis, ut
præmittitur eisdem, efficaciter de:
fensionis præsidio assistentes, ac
facientes Constitutionem eandem,
quoad omnia ejus Capitula ple:
nariè, prout jacet, firmiter et
inviolabiliter observari, non per:
mittatis contra tenorem ipsius
memoratos Fratres, et confessos
eisdem, ac prædictis Prælatis,
Rectoribus, et Clero, sive alijs,
molestari, et Sacramenta eisdem
confessis tam in vita, quam in
extremis, seu mortis articulo,
aut quotiens, alias opportunum
fuerit, a quoquam denegari, vel
eis gravamina, aut injurias a
quolibet irrogari, facturi prædi:
ctis, et cuilibet prædictorum, de
illatis vexationibus, molestatio:
nibus injurijs, et gravaminibus
contra tenorem eundem, in illis

videlicet

videlicet, quæ judicialem requirunt
indaginem per viam judicij, in ali:
js vero, prout qualitas ipsorum
exegerit, justitiæ complementum,
ita quòd officium præfatum, et ju:
risdictio Vestra ex nunc perpetua
censeatur. Molestatores, injuri:
atores hujusmodi, nec non contra:
dictores et rebelles, quandocunq;,
et quotiescunquè expedierit, per
censuram Ecclesiasticam, appel:
latione postposita compescendo.
Non obstantibus, tam de duabus
dictis in Concilio generali, quam
felicis recordationis Bonifacij
Papæ VIII. Prædecessoris nostri,
quarum prima cavetur, ne quis,
nisi in certis exceptis casibus extra
suam Civitatem et Diœcesim, se:
cunda vero, ne reus alterius Diœ:
cesis ultra unam Dietam, a fini:
bus ejusdem Diœcesis ad judicium
evocetur, et alijs quibuscunquè
constitutionibus, a Prædecessori:
bus Nostris Romanis Pontificibus,
tã de judicibus delegatis, et conservatoribus,
quã alijs editis, quæ vestræ possent in hac parte
jurisdictioni, ac potestati, ejusdẽq; libero exercitio,
quomodolibet obviare, seu si aliquibus cõmuniter,
vel divisim a Sede Aplica sit indultũ, quod excõmu:
nicari, suspendi, vel interdici non possint, nisi
de verbo ad verbũ, oporteat in Nris lris fieri men:
tionẽ. Dat: Romæ apud S. Petrũ IV. Idus Aprilis. Pon:
tificatus Nri Anno Nono.